



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Modus Recte Se Disponendi Ad Felicem Mortem

Poiré, François

Coloniae, 1651

Dispositio VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55160)

ad bene moriendum.

I
proscribere, quo tamen S. David cupie-
bat esse confixus, a quique mentem à cor-
ruptione peccatorum præseruat. Id so-
lum cupio efficere, vt medium teneat, a-
moreque ac fiducia temperetur: qui affe-
ctus sunt & puriores, & potentiores ad
generosius certiusque pugnandum
quam sit timoris.

(a) *Psal 118, Tps: 120.*

DISPOSITIO VII.

Septima est, Studium consequendi In-
dulgentias, seque sponte assumptis pœnis
affigendi, quibus pro peccatis satisfiat
aut etiam conatus, ex morbis proficien-
di, alijsque incommodis, quibus à Deo
ad scelerum castigationem exercemur.
Multa graues rationes nos vrgent, ma-
gni hoc caput aestimare; imprimis verò
remora illa, quam pœnæ post hanc vitã
persoluendæ injiciunt, quo minùs
liceat Deo frui, nostrorum omni-
nium bonorum supremo, & fine, ad
quem conditi sumus. Abunde suppetunt
historiæ, plenæ formidabili seueritate,
quam diuina Iustitia in animas post
mortem purgandas exercet. Amor au-
tem rectè ordinatus, quo erga nos ipsos
tene-

tenemur, nobis præcipit illam quoquo modo euitare; cum præsertim tum Diuorum exempla illuc nos impellant, etiam illorum, quorum vita fuit integerrima, & consuetudo inter homines prorsus inculpata; tum vsus receptus Ecclesiarum, quæ columna est veritatis.

DISPOSITIO VIII.

Octaua est, Pia affectio aduersus Dei amicos, quorum beneuolentiam captemus, ut in illâ luctâ nobis succurrant. *Voca dicebat Iob (a) si est, qui tibi respondeat; & ad aliquem Sanctorum conuertet, qui tuis lamentis propitiâ aurê præbeat.* Omnino præcipua nostra fiducia Seruatori nostro innitatur, eiusq; infinitis meritis: cui, si quis in nobis grati animi sensus superest, pietatem subiectionemque omni aliâ maiorem, præstabimus. Post illum verò nostra & eius sanctissima Mater iure proximum apud nos locum deposcit? & ut, quemadmodum Illa nos amore, quem nulla oratio explicet, prorsus eximio complectitur, ita & nos sensu ani.

(a) Iob. 5. 1.